

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XVIII. Vituperatio Pigritiæ corporalis & spiritualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

laboravit adulterio, & homicidium commisit. Sam-
dum cum Philistais pugnavit non potuit capi ab ho-
bus; sed postquam dormivit in sinu fæmina, & ori-
cum ea remansit, mox capitur, & cæcatur ab hostiis.
Salomon dum occupatus esset in adificatione Templi
sensit luxuriam, sed mox recedens ab opere, persensiti-
fultum luxuria, & deficiens, fæmina instigante ad id-
la, adoravit in thalamo vitulum aureum, &c.

IV. Ab Exemplis eorum, qui otiosi hostes fuerunt
quorum multa recensentur in speculo nostro Bo-
norum Clericorum.

*Matt. 20. 8. In EPILOGO monachis Auditores, ut cogitent
Matt. 16. 29. Verbo Divino non otiosis, sed laborantibus pri-
Matt. 23. 8. mitti mercedem, & quidem majorem mercede-
2. Cor. 9. v. 6. secundum majorem laborem, item exiguos el-
Rom. 8. v. 18. labores nostros, si cum excellentia mercedis are-
2. Cor. 4. v. 17. næ conferantur; & ut ad cayendum otium tem-
pusque redimendum ita se occupent actionibus &
laboribus instituto suo consentaneis, ne, quo
præcipuum est, animæ salutem negligant: id enim
esset vitium vitio pellere, & unum diabolum pro
alio admittere. Hoc certè omnium actionum, vi-
taq; totius fundamentum esse debet, ut sobrie, pi-
etate, & justè hanc vitam instituamus in hoc seculo. Atq;
idcirco sapienter monet Augustinus, ut occupa-
tionibus, sive literarum, sive negotiationum, sive
litium, sive aliis quibuscumq; nos dedamus, tem-
pus tamen aliquod eripiamus curandæ saluti no-
stræ: id enim esse apud Apostolum, Redimerit
tempus.*

*Tit. 2. v. 12.
De verbis
Apost.
Serm. 26.
Eph. 2. v. 15.*

XVIII. VITUPERATIO PIGRI- tiae, & Corporalis, & Spiritualis.

*E*XORDIUM ab hac comparatione ducetur: si
huius sæculi homines pro exigua mercede &
quæstu ingentes sæpe subeunt labores, eòq; ma-
iores, quo major quæstus vel remunerationis spes
afful-

*Sams
ab ho
G ou
hostib
mplim
sensit
eadili
fuerum
stro Bo
tent
us pr
cedet
os cl
s ære
ntem
ibus &
quod
Denim
m pto
m, vi
iè, pl
Arq
cupa
n, sive
tem
ti no
imeri
RI-
r: si
de &
ma-
spes
fful-*

affulget; quanto magis nos parati esse debemus ad labores sustinendos pro regno Dei, & felicitate æterna, quæ tanta est, ut nihil sint omnes nostri labores, si cum illa conferantur.

*In PROPOSITIONE dices: licet tanta rema- Rom. 8. v. 13.
neratio parata sit in cœlo strenuè laborantibus in
vinea Domini; tamen multos inveniri pigros, id-
eoq; tibi decretum esse Auditoribus omnem tor-
porem & ignaviam reddere exosam.*

*CONFIRMATIONIS I. Locus à turpitudi-
ne pigritia, cum universæ naturæ, ac in primis hu-
manæ sit contraria. Hinc D. Paulus denuntiat Iob 5. v. 7.
Thessalonicensibus: si quis non velit operari, non 2. Thes. 3.
manducet. S. Bernardus, epistola ad Henricum Se- v. 10.
nonensem Archiep. Labor, inquit, & laborare, &
voluntaria paupertas, hac sunt Monachorum insi-
gnia, &c.*

*II. A necessario. Nullus enim bonus agricola est nisi ignavus, & industrius, rusticarum rerum stu-
dio incensus. Opifices, qui non de multa nocte vi-
gilant, mercator ignavus, miles segnis nec rem fa-
cere, nec aliquid laude dignum exequi possunt.
Artium maximarum studia sine vigilantia & labo-
re frustra tractantur. Tota laus Ducis belli, &
Imperatoris existit in vigilantia & celeritate.
Hinc Vespasianus dicebat: Imperatorem stantem de-
bere mori.*

*III. Ab incommodis. Nam pigri PRIMO homi-
nibus sunt exosi. Prov. 10. v. 26. Sicut acetum denti-
bus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum.
SECUNDÒ, habentur viles & ignominia digni.
Syr. 22. v. 2. De stercore boum lapidatus est piger: &
omnis qui retigerit, excutiet manus. Salomon, Prov.
10. v. 5. Qui stertit aestate, filius confusionis (est.) TER-
TIO, fiunt egeni & mendici, Prov. 20. v. 4. Propter
friges piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, &
non dabitur illi. cap. II. ait ad pigrum: Veniet tibi
quasi*

quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armari
 Q V A R T ò, sunt pluribus vitiis obnoxii. Provi.
 v.30. Per agrum hominis pigri transivi, & ecce tolli
 repleverant urticae. Terra enim nullo labore culta
 nihil nisi spinas & tribulos profert: aër non co-
 mutus, corruptitur: domus non habitatæ corrue-
 viæ non tritæ sylvescunt: instrumenta musica, quæ
 non pulsantur, destruuntur: ferrum sine exercitu
 rubiginem contrahit: aqua stagans, non nisi in
 nas, bufores, & serpentes gignit: equus gener-
 sus, in stabulo quiescens, marcessit. Catonis se-
 tentia erat: *Homines nihil agendo, male agere dis-
 cipiuntur.* Hinc lex Ægyptiis fuit qua singuli cogebant
 nomina apud præsidem profiteri, & qua artes
 stentarentur ostendere, quod si quis mentiretur
 aut injusto quæstu viveret, capite plectebant
 sap. 4. v. 17. Adhæc S. Jacob ait: *Scientे bonum facere. & non
 cōscienti, peccatum est illi.* Q V I N T ò, ignavi & segni-
 dæmonum dolis & temptationibus maximè sunt ob-

Matt. 17.15. noxii. Hinc Christus ait: *Cùm dormirent homines
 Luc. 11. v. 14 venit inimicus, & supersemnavit zizania, &c. Di-
 Invenite ea bolus Davidi domi otio vacanti suum libidinizi-
 vacantem. (otiosam.) zanium ita infestavit, ut uno fere, ut ita loquar, hu-
 litu simul adulterium & homicidium perpetratum.
 S E X T ò, sunt maledicti, & morte temporali &
 aeterna digni: Jerem. 48. v. 10. *maledictus qui facit opus
 Dei negligenter.* Matth. 3. v. 10. *Omnis arbor, quæ non
 facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.*
 c. 2. v. 13. *Inutilem servum ejicite in tenebras exterioris.*
 Joan. 15. v. 2. *Omnem palmitem, &c.**

Prou. 6. v. 6. IV. *Ab exemplo bestiarum, quæ quotidie labo-
 rant pro vili aliquo pabulo consequendo: quis
 enim nescit, quamdiu araneus pro musca, felis pro
 musculo capiendo ad foramen ad vigilet? quis ig-
 norat, quantum supra vires formica æstate sudet
 pro esca hyberna, quod exemplum Salomon ad
 pudefaciendos ignavos protulit.*

V. Ab

V. Ab exemplo illorum, qui noctu diuq; se fatigant *Luc. 18. v. 8.*
 ut mundo placeant. PELAGIA Antiochena mere-
 trix, ait Jacobus Diaconus Heliopoleos, adeò
 compta per vias ibat, ut nihil in eius vestibus, præ-
 ter aurum & gemmas ingenti splendore mica-
 tes, cerneretur, ipsi quoq; pedes auro & margari-
 tis fulgebant, stirpabant verò eam ingens comptu-
 lorum puerorum, puellarumq; turba. Tanta au-
 tem formæ eius erat venustas, ut spectatores nullo
 eius aspectu satiari possent. Episcopi aliquot ei
 obviam facti, cum gemitu vultum averterunt,
 velut à re execribili. Solus Nonnus Edessenus
 Episcopus oculos in eam diu defixit, aliosque Epi-
 scopos ea re obstupefactos rogavit, quid de ea
 venustate illis videretur? illis verò silentibus,
 vultum in genua demisit sudario tectum, multas-
 que cum longo suspirio lachrymas profudit; ere-
 ctus verò dixit, se mirificè ea venustate delecta-
 tum. Quot enim horas, inquit, hac mulier expendere
 putanda est dum se comit & ornat, tota mentis cogi-
 tatione in id intenta ut sua pulchritudine mundi ama-
 toribus placeat. Et nos habentes Patrem omnipotentem
 in cœlis, Dominum immensa majestatis, amplissima pro-
 mittem premia benè operantibus nihil studemus or-
 nandis miseriis animabus nostris, ac sordibus earum ex-
 piandis; sed patimur eas inter spinas jacere, desidia-
 que marcescere. His dictis, apprehensa manu Dia-
 conis ui abijit in cubiculum, ibique humi prostra-
 tus, nullum plorandi finem faciens, cœpit co-
 ram Deo suam fœcordiam detestari, dicens: Ecce
 unius diei ornatus, quem hac fœmina corpori suo ex-
 colendo adhibet, vincit omnem anima sua ornatum.
 Hanc Pelagiam S. Nonnus paulò post, cùm fortè
 eius concioni interesset, ad Christum convertit,
 sacris aquis abluit, suaque institutione effecit;
 ut post durissimam actam pœnitentiam in mon-
 te Oliveti, ubi ignota in habitu virili usq; ad mor-

tem

tem delituit, in Sanctarum numerum ab Ecclesiis relata.

In EPILOGO monebis Auditores, ut obrepentorpi & somnolentiæ, post imploratum divinum auxilium, illicò & seriò resistant.

*XIX. VITUPERATIO ACEDIA
seu gravis tædii in exercendis actionibus
piis, ad salutem necessariis.*

Dioscorides
lib. 6 c. 54.
Virtus experitetur, cum splendor & dignitas ejus intelligitur. Vitia boni odisse incipiunt, cum atrocitatems eorum perspexerint.

EXORDIUM ducetur ab effectu vitiorum, quod ita blanditiis animos nostros deliniant, & occupatos teneant; ut nos solum non videamus sed bellè insuper etiam nobis placeamus & contenti animo in illis perseveremus. Unde non illipidè comparantur aspidis morsui, qui grata qudam voluptate hominem læsum afficiens, qui sine sensu in somno eundem extinguit. Quod pulchrè quoq; expressissime videtur Homerus, cui singit Ulyssis socios semel gustata loto discedere postea ab illa noluisse. Ade eundem enim prout modum, semel suscepimus dulce vitiorum venenum, non facile potest relinquere, sed subinde magis atq; magis adlubescit.

P R O P O S I T I O: Hæc cum ita sint, magnopere necessarium esse, crebris sermonibus vitia taxare & vituperare, ut in lucem producta, & suis coloribus depicta, liquido conspiciantur, odiumque suum justissimum in mentibus non prouersus desperatio excitent, & accendant. Conaturum itaq; te breviter, non quidem omnia vitia; sed unum duntaxat, hoc nostro seculo valde usitatum, quod Acediam Theologivocant, adumbrare.

C O N F I R M A T I O N I S I. L O C U S , ab in honesto. Quod turpe sit Divinæ Majestati non obtemperare, quæ graviter, seriò, & irrefragabiliter fancit, & mandat omnibus, & singulis suis creaturis, ut opus sibi deputatum certatum & sine refusa-